



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Art. III. Vtrum in Christo fuerit ignorantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerit ignorantia.

NEGAT, ex eo quod, vt patet ex questione 9. & sequentibus, habuerit omnem cognitionem suo statui conuenientem. vnde licet non sciuerit omnia quæ Deus nouit, non tamen dicens est habuisse ignorantiam, cum ea dicat carentiam scientiæ quam aliquis secundum suum statum & conditionem habere deberet.

Nec obstat quod Dam. lib. 3. de fide cap. 21. dicat Christum assumpsisse ignorantem & seruilem naturam; quia non vult quod in Christo fuerit ignorantia, sed solum quod assumpsit naturam quæ secundum rationem sue speciei est ignorans. videtur potest S. Tho. ad 1. & Dam. qui loco citato docet etiam ipsam naturam humanam in Christo cognouisse futura.

DVBIUM.

Vtrum Christus de potentia absoluta potuerit errare?

QUOD reipsa & secundum legem Dei ordinariam non potuerit errare, conuenit inter Doctores, propter multiplicem, quæ ornatus erat scientiam, per quam perfectissimè cognoscebat non solum naturalia, sed etiam supernaturalia; non solum practica, sed etiam speculatiua veritates tum naturales tum supernaturales. Queritur num saltem de potentia absoluta errare potuerit, & falsum iudicium de rebus formare. pro quo

Notandum duplicem ignorantiam à philosophis assignari; vnam puræ negationis, quæ nihil est aliud quam simplex carentia cognitionis; aliam prauæ dispositionis, quæ est error respectu alicuius veritatis.

Conueniunt doctores primò ignorantiam puræ negationis potuisse inueniri in Christo, nam ex eo quod humanitas assumeretur à Verbo in vnitatem personæ, non tenebatur illi indere notitiam variarum rerum, quam reipsa indidit, sed poterat eam in puris naturalibus relinquere nullis donis naturalibus vel supernaturalibus ornatam, siue assumeret naturam quæ nunquam præstitisset assumptioni, siue eam quæ in supposito creato prius tempore fuisset in rerum natura. Secundò asserentes humanitatem in Christo non potuisse peccare conueniunt quod in ea non potuerit inueniri error qui imputaretur ad culpam, vel practica inconsideratio quæ inclinaret ad peccatum.

Difficultas est num potuerit inueniri error merè speculatiuus citra culpam, v.g. circa numerum stellarum, cælorum.

Aliqui negant, Med. hic in fine. aliqui verò affirmant. Valq. disp. 61. cap. 9. Lorca disp. 59. num. 8. ex eo quod Deus potuisset humanitatem sibi ipsi relinquere, vt scilicet secundum communem modum procedendi notitiam compararet, quo casu varijs erroribus fuisset exposita. Porro dicunt

Deum id potuisse permittere ad ostendendam veritatem humanæ naturæ, quo casu nullum peccatum vel imprudentia in Deum redundaret. & licet vnusquisque prudenter errorem à se abesse cupiat, Deus nihilominus potest eum in aliqua

Resp. neg.

25.

Licet Christi

non sci-

uerit om-

nia, quæ

Deus non

tamen di-

cendus est

habuisse

ignoranti-

am. Ex-

plicatur

Damasc.

Sensus du-

bii.

26.

Ignorantia

alia puræ

negationis,

alia prauæ

dispositio-

nis.

Prior po-

tuit in

Christo re-

periri.

Non potuit

in Christo

inueniri er-

ror, qui im-

putaretur

ad culpam.

27.

Quidam

putant po-

tuisse inue-

niri errorem

merè spe-

culatiuum.

Vasquez

Lorca.

natura permittere ad ostendendam naturalem illius conditionem.

Probabilis videtur non potuisse.

28.

Error etiam speculativus non est sine peccato in eo qui potest depellere.

Satisfit argumentis sententiae affirm.

Quamvis haec sententia non videatur planè improbabilis, prior tamen videtur probabilior; quia talis error non videtur esse sine peccato in eo qui potest illum propulsare. Cum ergo Christus in quocumque statu naturam assumeret, posset huiusmodi errorem ab ea propulsare, si hoc non faciat, ei imputabitur, quamvis illa sit immunis à peccato; iuxta dicta de peccato & motibus fomentis, quae imputantur Christo si in natura sibi unita haec non impediret. Anteced. prob. quia falsum iudicium etiam speculativum est aliquod malum naturae rationalis & difforme rationi; igitur quando quis potest illud depellere, & non facit, peccat. Conf. si quis alteri ingeneraret huiusmodi falsa iudicia, quantum est ex parte obiecti, posset peccare; & proinde illa sunt obiectiva mala, & sufficienti ad peccatum, v. g. si quis sine examine illa formet, eisque adhaereat; & proinde quando quis potest ea impedire in propria natura non videntur formari sine peccato eius qui negligit impedire.

Ad rationes prioris sententiae Resp. Deum non ita posse sibi relinquere naturam assumptam, quin illi debeat eum assistentiae modum, quo fiat ut nunquam formet falsum iudicium, quamvis posset eam ita relinquere, ut non assequeretur multarum rerum notitiam. Nec potuit talem deceptionem permittere etiam ad ostendendam conditionem humanae naturae sine suo peccato, & quin talis error ei imputaretur.

ARTICVLVS IV.

Utrum anima Christi fuerit passibilis?

Resp. affirm. est de fide.

Leon. Damasc. 29.

Sensus art. D. Thom.

Differentia passionum in Christo, & in nobis.

30. Hi motus in Christo, vocari possunt passiones.

CONCLUSIO est affirmativa; quae est de fide ut patet ex Evangelio, & sequentibus articulis, eamque docent Patres. videri potest Leo epistola II. sub finem. Damasc. libr. 3. de fide cap. 20.

Ratio est quod in Christo fuerit appetitus sensitivus & vis imaginatrix per quam poterat apprehendere leta & disconvenientia.

Notandum 1. cum S. Thom. hac quaest. agat de defectibus animae, videri agere de passionibus seu motibus appetitus sensitivi, qui oriuntur ex cognitione obiecti disconvenientis, quos etiam articulo sequenti explicat. quos motus & per consequens passiones fuisse in Christo est de fide, ut dixi.

Notandum 2. huiusmodi passiones aliter fuisse in Christo quam in nobis, ut docet S. Tho. in corpore. 1. quia in nobis saepe feruntur in aliquid secundum se illicitum, non verò in Christo. 2. in nobis saepe praeveniunt vltim rationis, non item in Christo. 3. in nobis saepe voluntatem ad se pertrahunt, non verò in Christo. Itaque passiones in Christo procedebant ex perfecto usu rationis, nec pertrahabant voluntatem, sed susebant in appetitu, vel si qui simplices affectus à Christo excitabantur in voluntate, voluntas efficaciter ijs non consentiebat.

An verò hi motus in Christo vocari possint passiones, quaestio est de nomine, in qua Doctores communiter sequuntur partem affirmativam: neque enim passio de suo formali dicitur imperfectio nem repugnantem recte rationi (quamvis in no-

bis saepe eam habeat adiunctam) sed quia cum aliqua corporis alteratione & commotione oritur, quod etiam in Christo potuit locum habere, ut patet Ioan. 11. ubi infremuit spiritu, & quamvis Hieron. censet in Christo non fuisse passionem, sed pro passionem, eius sententia non ita recipitur à Doctoribus propter rationem allatam.

1089. 11. Sententia S. Hieronymi pro passionibus appellantis non ita recipitur.

ARTICVLVS V.

Utrum in Christo fuerit dolor sensibilis?

RESPONDET affirmativè, quia in eo fuit laesio, quae est obiectum doloris. fuit etiam sensus laesionis, qui est applicatio obiecti, ergo fuit dolor, cum dolor illa naturaliter consequatur; nec fuit causa miraculose illum impediendi, quin potius fuit convenientius fini incarnationis illum permittere.

Resp. affirm.

31.

Conclusio est communis Doctorum & Patrum, quae optimè potest deduci ex illo Isai. 53. *verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.*

Isai. 53.

Huic certae & receptae sententiae videtur repugnare Hilarius lib. 10. de Trinitate, & alibi. Aliqui existimant hac in re errasse Hilarium. ita multi quos citat & sequitur Vasquez disp. 59. cap. 1. Alij tamen benignè eum interpretantur, ut noluerit Christum nullum habuisse sensum doloris, cum contrarium tradat in psalmum 68. sed solum vellet eum non contraxisse dolorem ex peccato provenientem, sed voluntariè assumptis, ut S. Tho. hic ad 1. vel quod ex dolore corporis Verbum nullum dolorem in se percepit, idque voluerit contra Arianos qui contrarium sentiebant, existimantes Verbum esse creaturam.

Hilarius fortasse sententiam non fuisse in Christo dolorem sensibilem.

ARTICVLVS VI.

Utrum in Christo fuerit tristitia?

NOTANDUM ex S. Tho. in corpore, dolorem & tristitiam in eo differre, quod dolor sit displicentia quadam animae orta ex sensu tactus circa obiectum eidem tactui disconvenientem, & ut cum aliquis leditur; tristitia verò sit displicentia ex apprehensione alicuius noxi tanquam praesentis, licet occasio aliunde data sit quam ex sensu tactus, ex his

32. Diferentia doloris & tristitiae.

Respondet fuisse in Christo tristitiam; quia anima Christi potuit apprehendere aliquid tanquam nocivum praesens, v. g. mortem; ergo potuit tristari. Conclusio est certa & communis intellecta de tristitia partis inferioris. Patet ex Matth. 26. *tristis est anima mea usque ad mortem*; ubi Christus ex apprehensione mortis ut repugnantis naturae excitavit in se affectum tristitiae seu passionem, ad demonstrandam veritatem humanae naturae.

Resp. Fuit in Christo tristitia.

Matth. 26.

Nec obstat beatitudo animae, quia ut S. Thom. art. praecedenti ad 3. beatitudo animae dispensativè continebatur ne derivaretur in corpus; unde delectatio voluntatis non redundabat in corpus, neque impediēbat tristitiam sensibilem, quae in illo ex apprehensione alicuius mali oriri poterat.

33. Non obstat beatitudo animae.

Obijci potest illud Isai. 42. *non erit tristis nec irascibilis.*

Obiectio Isai. 42. Solatur.

Prætermisiss varijs illius loci expositionibus Resp. Prophetam non velle negare Christum futurum

rum